

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 2525

**Auteur(s) :** Laurent Hérout [clerc]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (hôtel-Dieu)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1294, 5 février

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Lettres d'amortissement concédées à l'Hôtel-Dieu de Coutances par Laurent Hérout, clerc, député de Philippe IV, dit le Bel, roi de France.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CXXIV, p. 117-120.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis, Laurentius dictus Herout, clericus, deputatus ab illustrissimo principe Philippo, Dei gratia rege Francorum, super acquisitis factis in ballivia Constantiensi ab ecclesiis, domibus religiosis, universitabus et innobilibus personis, salutem in Domino. Notum facimus quod prior et fratres domus Dei de Constanciis, nomine dicte domus, nobiscum finaverunt super retinendis, habendis et in posterum possidendis ab eis et eorum successoribus, sine coactione extra manum suam ponendi, rebus inferius annotatis, acquisitis ab eis in feodis et retrofeodis domini regis ; videlicet, apud Constancias, ex dono Roberti de Fonte et uxoris ejus, uno quarterio frumenti, una gallina, uno denario Turonensi ; de dono Nicolae la Barbete, septem bussellis frumenti, sex solidis Turonensium, uno capone, una gallina, quatuor denariis Turonensibus ; de dono magistri Hervei Pastei, canonici Constanciensis, sexaginta solidis turonensium, duabus gallinis, duobus denariis turonensibus ; de dono Juliani de Zancato (sic), canonici Constanciensis, tridecim bussellis frumenti et dimidio et tribus partibus unius busselli frumenti, una gallina, uno capone ; de dono Martini de Falesia, presbyteri, octo solidis turonensium ; de venditione Radulfi Symonis, sex bussellis frumenti ; de venditione Nicolaï Le Hardi et uxoris sue, uno quarterio frumenti ; de venditione Roberti de Karetot et uxoris sue, Roberti Auberti et uxoris sue, quindecim solidis turonensium ; de venditione Roberti Benedicti, octo solidis turonensium ; de dono Roberti Sellonis et uxoris sue, tribus solidis turonensium. Item, de dono dicte la Barbete, septem bussellis frumenti, una gallina, uno denario ; de venditione Petri Le Cordier et uxoris sue, quatuor solidis turonensium, duabus gallinis, duobus denariis. Item, de venditione Roberti de Karetot et Roberti Aubert et eorum uxorum, duobus bussellis frumenti. Item, de dono dicti Juliani de Zancato, una domo cum suis pertinentiis ; de excambio Petronille, relicte Nicolaï sine Barba et Colini ejusdem filii, una masura cum suis pertinentiis ; de venditione Matillidis et Anne, filiarum Droconis Noël, una masura cum suis pertinentiis ; de dono relicte la Blondelle, uno bussello et dimidio frumenti, una gallina, uno denario. Item, de venditione Roberti Aubert et Roberti de Karetot, et eorum uxorum, septem solidis

turonensium ; de venditione Guillelmi Fabri, et uxoris sue, tribus solidis ; de dono Guillelmi Piel, clericu, quodam masnagio cum suis pertinentiis ; de venditione Nicolaï Le Hardi, et ejus uxoris, quinque solidis, uno capone... ; de venditione Jacobi Le Cordier et uxoris sue, duobus bussellis frumenti ; de dono fratris Guillelmi de Kibouc, quatuor acris terre ; de feodatione Guillelmi dicti Piel, clericu, et Theophanie sororis sue, quinque acris terre et duabus virgatis ; de feodatione Johannis Le Vaslet, et uxoris sue, duabus virgatis terre ; de venditione Rogeri de Cantulupi et Roberti Le Teinturier, decem virgatis terre ; de venditione Johannis Le Vavassor, et uxoris sue, una domo cum suis pertinentiis..... ; de dono Agnetis dicte Regine, una masura cum suis pertinentiis ; de dono Guillelmi le Bugle, una domo cum suis pertinentiis. Apud Ceraseum, de venditione Guilberti de Ouvilla, et fratrum suorum, uno quarterio frumenti ; de venditione Guillelmi Henri, duobus bussellis frumenti. Apud Auream Vallem, de dono fratris Guillelmi Bernart, quinque quarteriis, tribus bussellis frumenti, tribus gallinis, septem denariis. Apud Heuguevillam, de dono magistri Petri de Monte Catonis, clericu, tribus quarteriis, duobus bussellis et dimidio frumenti, uno capone una gallina, quinque denariis... ; de venditione Philipe, relicte dicti magistri Petri, septem bussellis frumenti, decem denariis. Apud Corceum, de dono Guillelmi Le Priouret, duobus bussellis frumenti ; de dono Roberti de Bosco, quatuordecim virgatis terre. Apud Montem Pinchon, de dono Ricardi de Petra-Pontis et ejus uxoris, uno quarterio frumenti. Apud Albigneum, de dono Johanne, relicte Guillelmi Le Hardi, uno quarterio frumenti, duabus gallinis, duabus denariis. Apud Millieres, de dono Teophanie, filie Guillelmi Andree, viginti denariis, una gallina, uno denario. Apud Gonfrevillam, de dono Mathei Laloier, presbyteri, novem bussellis frumenti, tribus gallinis, tribus panibus. Apud sanctum Georgium juxta Barnevillam, de dono fratris Ricardi de Valle, presbyteri, novem bussellis frumenti. Apud Sanctum Martinum de Guerouville, de dono Johannis de Argentiis militis, duobus bussellis frumenti. Apud Rosel, de dono Roberti de Haia et ejus uxoris, uno quarterio frumenti. Apud Sanctum Laudum de Orevilla, de dono Thome Neel, uno quarterio frumenti. Apud Goisbervillam, ex dono Gaufridi de Viarvilla militis, uno quarterio frumenti, duabus gallinis, quatuor denariis et viginti ovis. Apud Morevillam, de dono Yvonis de Roquerio clericu, tridecim bussellis frumenti, quatuor gallinis, octo denariis, viginti ovis ; de dono Guillelmi de Mesnil, uno bussello et dimidio frumenti. Item, de venditione dicti Guillelmi undecim bussellis frumenti, una gallina et uno denario. Apud Hevillam, de dono dicti Guillelmi, uno bussello frumenti. Apud Cattevillam, de dono dicte Lescornée, duobus solidis. Apud Munevillam, ex dono Nicolaï Le Brunet, uno quarterio frumenti, una gallina, uno denario. Apud sanctum Laudum, de dono Johannis de Sancto Laudo, decem solidis, sex denariis. Apud Flotemanvillam, de venditione Ricardi Erquembout, sex bussellis frumenti. Apud Hevillam, de venditione Guillelmi de Mesnil, sex bussellis frumenti. Apud Briquevillam supra mare, ex venditione Petri de Escraqueville et uxoris sue, duodecim solidis, quatuor gallinis, sex denariis, sexaginta ovis. [Apud Eurevillam, de dono Basilie la Beraude, uno bussello frumenti. Apud Trelleium, de dono fratris Henrici de Ponte, uno bussello frumenti]. Apud Pomeriam, de venditione Gaufridi Mesme et ejus uxoris, uno quarterio et dimidio busselli frumenti. Apud Briquevillam la Blouete, de feodatione Johannis de Pirou et Mattilidis de Sancto Jovino, duobus acris terre. Apud Autevillam, de dono Petronille, relicte Bertaudi de la Varengue, duobus bussellis et dimidio frumenti, una gallina et uno denario. Item, apud Constancias, de dono Martini de Falesia presbyteri, supra quamdam domum decem et septem solidis : item supra dictum domum, de venditione Droconis Lespicier et Alicie uxoris sue, triginta solidis, uno capone, duabus denariis, in feodo Johannis Le Feron, burgensis de Sancto Laudo. Item, ibidem, de venditione Johanne, relicte Nicolaï Monbrai, duobus bussellis et dimidio frumenti ad mensuram Constanciensem, sex denariis. Item, ibidem, de venditione Jordani Galteri, quatuor solidis, una gallina. Item, ibidem, de dono sororis Guilleberti Truffaut, quatuordecim solidis. Item, ibidem, de dono Alitie, relicte Guillelmi dicti Orient, quodam molendino dicto Fouleur quod apretiatum fuit ad communem estimationem. Item, ibidem, de excambio dicti Ricardi, duobus solidis, octo denariis, quinque gallinis, quinque panibus et quinquaginta ovis. Apud Vandeleiam, de dono Roberti Juhel presbyteri, tribus bussellis frumenti et uno denario. [Item, apud Constancias, de dono Johannis Bordiaux, decem bussellis frumenti, una gallina. Apud Heuguevillam, de dono predicti Johannis, sexdecim bussellis frumenti, duobus panibus, duabus gallinis. Apud Torvillam, de dono ejusdem, tribus bussellis frumenti, uno pane et una gallina, decem ovis. Apud Bleinvillam, de dono ejusdem, duobus bussellis frumenti, uno pane et una gallina. Apud Auream Vallem, de dono ejusdem, uno quarterio frumenti, duobus panibus, una gallina. Apud Montem Catonis, de done ejusdem Johannis, uno bussello et dimidio frumenti.] Que omnia estimantur ad valorem viginti septem librarum turonensium pro sexies viginti et tribus libris turonensium. In cuius rei testimonium nos, dictam finacionem nomine domini regis recipientes, presentibus litteris sigillum

nostrum duximus apponendum ; salvo in aliis jure domini regis et in omnibus alieno. Datum Parisius, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, die [veneris] in festo beate Agathe Virginis.